

www.e-rara.ch

Manuductor Ad Latinitatem In Usum Scholae Turicensis

Schulthess, Johann Georg

Turici, MDCCLXXXVII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Gal Sp 363,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-85142>

Liber septimus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

LIBER SEPTIMUS.

Anno urbis 708. & 709.

Anno urbis septingentesimo fere ac nono, interfecto Cæsare, bella civilia reparata sunt. Percussoribus enim Cæsaris senatus favebat, Antonius consul, partium Cæsaris, civili bello opprimere eos conabatur. Ergo turbata republica multa Antonius scelera committens, a senatu hostis judicatus est. Missi ad eum persequendum duo consules Pansa & Hirtius, & Octavianus adolescens, annos decem & octo natus, Cæsaris nepos,*) quem ille testamento hæredem reliquerat, & nomen suum ferre jusserat. Hic est, qui postea Augustus est dictus, & rerum potitus. Quare profecti contra Antonium tres duces vicerunt eum. Evenit tamen, ut victores consules ambo morerentur. Quare tres exercitus uni Cæsari paruerunt. Fugatus Antonius, amisso exercitu, confugit ad Lepidum, qui Cæsari Magister equitum fuerat, & tum copias militum grandes habebat, a quo susceptus est. Mox, Lepido operam dante, Cæsar cum Antonio pacem fecit, & quasi vindicaturus patris sui mortem, a quo per testamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus est, extorsitque, ut sibi vicesimo anno consulatus daretur. Senatum proscripsit cum Antonio & Lepido,

*) nepos, sonst Enkel, (Sohn- Tochter- Sohn;) oder Nefse, (Bruder- Schwester- Sohn;) hier ist es Groß-Nefse; denn Octavians Mutter Julia, war die Schwester-Tochter (Niece) des Julius Cæsar.

vido, *) & rempublicam armis tenere cœpit. Per hos etiam Cicero orator occisus est, multique alii nobiles.

Anna urbis 710

Interea Brutus & Cassius, interfectores Cæsaris, ingens moverunt bellum. Erant enim per Macedoniam & Orientem multi exercitus, quos occupaverunt. **) Profecti sunt igitur contra eos Cæsar Octavianus Augustus & M. Antonius. Remanserunt enim ad defendendam Italiam Lepidus. Apud Philippos, Macedoniae urbem, contra eos pugnaverunt. Primo prælio victi sunt Antonius & Cæsar, periit tamen dux nobilitatis Cassius; secundo Brutus & infinita nobilitas, quæ cum illis ***) bellum gesserat. Ac sic inter eos divisa est respublica, ut Augustus Hispanias, Gallias & Italiam teneret; Antonius Asiam, Pontum, Orientem. Sed intra Italiam, L. Antonius consul bellum civile commovit, frater ejus, qui cum Cæsare contra Brutum & Cassium dimicaverat. Is apud Perusiam, †) Tusciae civitatem, victus & captus est, neque occisus.

Ab

*) cum Antonio & Lepido, gehört nicht zu *senatum*, sondern zum Nominativo *Cæsar*. Er hat in Verbindung mit H. u. L. u.

**) quos (exercitus) occupaverunt, die sie an sich gebracht haben.

***) cum illis, auf ihrer, (des Brutus u. Cassius) Seite.

†) *Perusia*, (*Perugia*) eine Stadt von *Etruria* oder *Tuscia*, welches heutzut. das Großherzogth. *Toscana* ist.

Ab anno urbis 713. ad annum 717.

Interim a Sexto Pompejo, Cn. Pompeji Magni filio, ingens bellum in Sicilia commotum est, his, qui superfuerant ex partibus Bruti Cassique, ad eum confluentibus. Bellatum per Cæsarem Augustum Octavianum, & M. Antonium adversus Sextum Pompejum. Pax postremo convenit. Eo tempore M. Agrippa in Aquitania*) rem prospere gessit; & L. Ventidius Bassus irrumpentes in Syriam Persas tribus præliis vicit. Pacorum, regis Orodis filium, interfecit, eo ipso die, quo olim Orodes, Persarum rex, per duce[m] Surenam Crassum occiderat. Hic primus de Parthis justissimum triumphum Romæ egit. Interim Pompejus pacem rupit, & navali prælio victus, fugiens ad Asiam, interfectus est.

Ab anno urbis 719. ad annum 723.

Antonius, qui Asiam & Orientem tenebat, repudiata sorore Cæsaris Augusti Octaviani, Cleopatram, reginam Aegypti, duxit uxorem. Contra Persas ipse etiam pugnavit. Primis eos præliis vicit, regrediens tamen fame & pestilentia laboravit. Et cum instarent Parthi fugienti, ipse pro victo recessit.**)

E 5

Cleo-

*) Aquitania, eine Landsch. Galliens. Man unterschied das alte Aquit. welches J. Cæsar erobert, und das Neue, welches Augustus dazu gestossen; — jenes begriff den südlichen Theil des rügen Guyenne; dieses Saintonge, Poitou, Berry und Auvergne.

***) pro victo recessit, Er ist als besetzt zurückmarschirt; quasi victus esset.

Cleopatra, regina Aegypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in urbe regnare. Victus est ab Augusto navali pugna clara & illustri, apud Actium, *) qui locus in Epiro est, ex qua fugit in Aegyptum. Et desperatis rebus, cum omnes ad Augustum transfirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem admisit, & veneno ejus extincta est. Aegyptus per Octavianum Augustum imperio Romano adjecta est, praefectusque ei Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Aegyptus Romanum judicem habuit. Ita bellis toto orbe confectis, **) Octavianus Augustus Romam rediit, duodecimo anno, quam consul fuerat. Ex eo rempublicam per quadraginta & quatuor annos solus obtinuit. Ante enim duodecim annis cum Antonio & Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus ejus usque ad finem quinquaginta sex anni fuerunt.

Ab anno urbis 723. ad annum 765.

CHRISTI 14.

Obiit autem LXXVI anno, morte communi, in oppido Campaniae Atella. Romae in campo Martio sepultus est, vir qui non immerito ex maxima parte deo similis est putatus. Neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior. XLIV annis, quibus solus gefit imperium, civilissime vixit; in cunctos liberalif

*) *Actium*, diese Stadt, samt einem alten Tempel des Apollo, stand auf dem Vorgebürge gleichen Namens, heutzut. Capo Sigalo, in der griechischen Landschaft Acarnanien, am ambracischen Meerbusen, an welchen und den Epirus, Acarn. nordwärts angrenzte.

**) *bellis. o. c.* dies war, sint Erbauung Roms, erst das dritte mal, da der Janus-Tempel zugeschlossen wurde. S. B. IX.

lissimus, in amicos fidissimus, quos tantis evexit honoribus, ut pæne æquaret fastigio suo. Nullo tempore res Romana magis floruit. Nam exceptis civilibus bellis, quibus invictus fuit, Romano adjecit imperio Aegyptum, Cantabriam, *) Dalmatiam, sæpe antea victam, sed penitus tum subactam, Pannoniam, **) Aquitaniam, Illyricum, Rhætiam, ***) Vindelicos †) & Salassos ††) in Al-
 cit

*) *Cantabria*, das heutzutägige Biscaya; eine nördliche Provinz v. Spanien. Die Cantabrier waren das tapferste Volk in Spanien, das den Römern am längsten Widerstand that.

**) *Pannonia*, gränzte ostwärts an Obermösien, westwärts an Noricum, (S. S. IX.) südwärts an Dalmatien, nordwärts an die Donau, und begriff einen Theil des izzigen Oesterreichs; die an der Donau liegenden Landschaften — ganz Nieder-Ungarn, Sclavonien bis an den Zusammenfluß der Sava, einen Theil von Bosnien, Krain, und Croatien; Es wurde in das obere, westliche, und in das untere, östliche eingetheilt.

***) *Rhætia*, (*propria*.) die ganze Landsch. zwischen den Rhätischen und Tridentinischen Alpen, begriff das izzige Graubündnerland, das Tridentinische, die Grafschaft Tirol, und das Veltlinerland.

†) *Vindelici*, *Vindelicia*, welches nach seiner Unterjochung von den Römern, von denen es mit Rhätien verbunden ward, auch *Rhætia secunda* genennt worden, war gegen Abend durch den *Lacus Brigantinus* (Bodensee) v. Helvetien geschieden, gegen Morgen durch den Innfluß (*Oenus*) von Noricum; an der Mitternachtsseite gränzte es an die Donau, und gegen Mittag hieng es mit Rhätien zusammen; begriff also einen Theil des izzigen Schwaben und Bayern.

††) *Salassi*, ein tapferes Volk in Oberitalien; sie bewohnen das izzige Thal Aosta, im Herzogth. Piemont.

†††) *Bosporus & Panticapæum*, oder -- *pæu*; wenn nicht *Bosp.* mit *Pantic* die gleiche Stadt ist: so muß sie in der Nähe von dieser, an der Meerenge des B. *Cimmerius*, (bey *Cassa*,) gestanden haben.

cit autem præliis Dacos. *) Germanorum ingentes copias cecidit. Ipsos quoque trans Albim **) fluvium summovit, qui in barbarico, *** longe ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum per Drusum, privignum suum, administravit; sicut per Tiberium, privignum alterum, Pannonicum. Quo bello XL captivorum millia ex Germania transtulit, & supra ripam Rheni in Gallia collocavit. Armeniam a Parthis recepit. Obsides, quod nulli antea, Persæ ei dederunt. Reddiderunt etiam signa romana, quæ Crasso victo ademerant. Scythæ †) & Indi, ††) quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera & legatos ad eum miserunt. Galatia quoque sub hoc provincia facta est, cum antea regnum fuisset; primusque eam Marcus Lollius, pro prætore administravit. Tanto autem amore etiam apud barbaros fuit, ut reges, populi Romani amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Cæsareas nominarent. Sicut in Mauritania a rege Juba;

*) *Dacia*, begriff einen Theil des izzigen Ungarn, ganz Siebenbürgen, die Wallachey, die Moldau, und Bessarabien.

**) *Albis*, die Elbe, ein Fluß in Deutschland, der gegen Norden zufließt.

*** *in barbarico* sc. *solo*; auf Barbarischem Boden, im Barbarenland, so hieß zu Eutr. Zeiten der innere Theil von Germanien.

†) *Scythia*, die mittlere Landschaft des nördlichen Asiens, durch den Berg *Imaus* in das östliche und westliche *Scyth.* eingetheilt.

††) *India*, hieß bey den Alten alles zwischen dem Fluß *Indus* gegen Abend, dem Ocean gegen Morgen und Mittag, und *Scythien* gegen Mitternacht gelegne Land; heutzut. Indien und China. Der Fl. *Ganges* theilte es in *I. infra Gangem*, (das westliche) und *I. extra Gangem*, (das östliche.)

Juba; & in Palæstina, quæ nunc urbs est clarissima. Multi autem reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur; & habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt. Moriens Divus appellatus est. Rempublicam beatissimam Tiberio successori reliquit, qui privignus ei, mox gener, postremo adoptione filius fuerat.

Ab anno CHRISTI 14. ad annum 37.

Tiberius ingenti socordia imperium gessit, gravi crudelitate, scelestâ avaritia, turpi libidine. Nam nusquam ipse pugnavit: bella per legatos gessit suos. Quosdam reges, per blanditias ad se evocatos, nunquam remisit; in quibus Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in provinciæ formam redegit, & maximam civitatem appellari suo nomine jussit, quæ nunc Cæsarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur. Hic tertio & vicesimo imperii anno, ætatis septuagesimo octavo, ingenti omnium gaudio mortuus est in Campania.

Ab anno CHRISTI 37. ad annum 41.

Successit ei C. Cæsar, cognomento Caligula, Drusi, privigni Augusti, & ipsius Tiberii nepos. Sceleratissimus & funestissimus, & qui etiam Tiberii dedecora purgaverit. *) Bellum contra Germanos suscepit, & ingressus Sueviam

*) qui etiam Tiberii dedecora purgaverit: der sogar die Schandthaten des Tiberius weißgewaschen hat; d. i. der so schändlich lebte, daß selbst ein Tiberius, mit ihm verglichen, nicht mehr abscheulich schien.

viam *) nihil strenue fecit. Cum adversus cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate faviret, interfectus in palatio est, anno ætatis suæ vicesimo nono, imperii tertio, mense decimo, dieque octavo.

Ab anno CHRISTI 41. ad annum 54.

Post hunc Claudius fuit, patruus Caligulæ, Drusi, qui apud Moguntiacum **) monumentum habet, filius, cujus & Caligula nepos erat. Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quædam crudeliter & insulse. Britannia intulit bellum, quam nullus Romanorum post C. Cæsar eum attigerat. Eaque devicta per Cn. Sentium & Aulum Plautium, illustres & nobiles viros, triumphum celebrem egit. Quasdam insulas, etiam ultra Britanniam, in Oceano positas, imperio Romano addidit, quæ appellantur Orcades, ***) filioque suo Britannici nomen imposuit. Tam civilis autem circa quosdam amicos exstitit, ut etiam Plautium, nobilem virum, qui in expeditione Britannica multa egregie fecerat, triumphantem ipse profequeretur, & conscendenti Capitolium lævus incederet. Vixit annos quatuor & sexaginta, imperavit quatuordecim. Post mortem consecratus est, divusque appellatus.

An-

*) *Suevia*, war ehemals sehr groß, und begriff den ganzen Theil v. Germanien zwischen der Elbe und Weichsel (*Vistula*.)

**) *Moguntiacum*, Mainz, am Zusammenfluss des Rheins und des Mayns, (*Mannus*.)

***) *Orcades*, die Orkadischen Inseln, gegen Mitternacht von Schottland.

Ab anno CHRISTI 54. ad annum 68.

SUCCESSIT huic Nero, Caligulae avunculo suo simillimus, qui Romanum imperium & deformavit & diminuit. Inusitatae luxuriae sumtuumque, ut qui exemplo C. Caligulae calidis & frigidis lavaret *) unguentis, retibus aureis piscaretur, quae blatteis funibus extrahebat. Infinitam senatus partem interfecit. Bonis omnibus hostis fuit. Ad postremum se tanto dedecore prostituit, ut saltaret & cantaret in scena, citharaedico habitu vel tragico. Parricidia multa commisit, fratre, uxore, matre interfectis. Urbem Romam incendit, ut spectaculi ejus imaginem cerneret, quali **) olim Troja capta arserat. In re militari nihil omnino ausus, Britanniam paene amisit. Nam duo sub hoc nobilissima oppida capta illic atque everfa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt, legionesque Romanas sub jugum miserunt. Propter haec Romano orbi execrabilis, ab omnibus simul destitutus, & a senatu hostis judicatus. Cum quaereretur ad poenam, quae poena talis erat, ***) ut nudus per publicum ductus, furca capiti ejus inserta, virgis †) usque ad mortem caederetur, atque ita praecipitaretur de saxo, ††) e palatio fugit, & in sub-

*) lavaret, für *se lavaret*.

**) quali (sc. *spectaculo*) i q. *quomodo, wie*.

***) Poena talis erat, die Strafe bestand darin.

†) Virgis, Mit Stäben; die Littoren trugen dieselben in Bündeln, die in der Mitte ein Beil hatten, und *falces* hießen, den höchsten Magistratspersonen zum Zeichen ihrer Gewalt vor. Mit diesen Stäben nicht mit Ruthen, wurden die Missethäter auf den Tod geschlagen.

††) de saxo (sc. *Tarpejo*,) von dem Tarpeischen Felsen, worauf das Capitol stand.

suburbano se liberti sui, quod inter Salariam & Nomentanam viam, ad quartum urbis milliarium, interfecit. Aedificavit Romæ thermas, quæ ante Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur. Obiit tricesimo & altero ætatis anno, imperii quarto decimo, atque in eo omnis familia Augusti consumta est.

Anno CHRISTI 68.

Huic Servius Galba successit, antiquissimæ nobilitatis senator, cum septuagesimum & tertium annum ageret ætatis, ab Hispanis & Gallis imperator electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus. Nam privata *) ejus vita insignis fuerat militaribus & civilibus rebus. Sæpe consul, sæpe pro consule, frequenter dux in gravissimis bellis. Hujus breve imperium fuit, & quod bona haberet exordia, nisi ad severitatem propensior videretur. Insidiis tamen Othonis occisus est, imperii mense septimo. Jugulatus in foro Romæ, sepultusque in hortis suis, qui sunt Aurelia via, non longe ab urbe Roma.

Anno CHRISTI 68.

Otho, occiso Galba, invasit imperium, paterno genere nobilior, quam materno, neutro tamen obscuro. **) In privata vita mollis, & Neronis familiaris. In imperio documentum sui non potuit ostendere. Nam cum iisdem temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, etiam

Vi.

*) *privata vita*, sein Leben eh er Kaiser war, vor seiner Kaiserwürde; gleich unten: *in privata vita mollis*.

**) *neutro tamen obscuro*, sc, *existente*.

Vitellius factus esset a Germanicianis exercitibus imperator, bello contra eum suscepto, *) cum apud Bebricum, **) in Italia levi prælio victus esset, ingentes tamen copias ad bellum haberet, sponte semetipsum occidit. Petentibus militibus, ne tam cito de belli desperaret eventu, cum tanti se non esse dixisset, ut propter eum civile bellum commoveretur, voluntaria morte obiit, tricesimo & octavo ætatis anno, nonagesimo & quinto imperii die.

Anno CHRISTI 68. & 69.

Dein Vitellius imperio potitus est, familia honorata magis, quam nobili. Nam pater ejus non admodum clare natus, tres tamen ordinarios gesserat consulatus. ***) Hic cum multo dedecore imperavit, & gravi sævitia notabilis, præcipue ingluvie & voracitate, quippe cum de die sæpe quarto vel quinto feratur epulatus. Notissima certe cœna memoriæ mandata est, quam ei Vitellius frater exhibuit; in qua, super cæteros sumtus, †) duo millia piscium, septem avium millia apposita traduntur. Hic cum Neroni similis esse vellet, atque id adeo præ se ferret, ut

F

etiam

*) bello contra eum suscepto, cum &c. Man löse dies Participium nur ganz simpl. auf: *bellum contra eum suscepit*, & *cum* &c. so ist die Uebersetzung dieser Periode leicht.

**) *Bebricum*, sonst *Bedriacum*, eine Stadt des nördlichen Italiens in *Gallia cisalpina* oder *rogata transpadana*, (jenseit des Po.)

***) *consulatus ordinarius*, ein ordentliches, vollständiges Consulat, welches sein ganzes Jahr dauerte. Unter den Kaisern wurden die Consuln oft in einem Jahr mehr als einmal verändert; und solche hießen *consules sissesti*.

†) *sumtus*, die Kosten, h. l. die kostbaren Berichte.

etiam exequias *) Neronis, quæ humiliter sepultæ fuerant, honoraret, a Vespasiani ducibus occisus est, interfecto prius Sabino, Vespasiani imperatoris fratre, quem cum Capitolio incendit. Magno dedecore tractus per urbem Romam publice, nudus, erecto coma capite, **) subiecto ad mentum gladio, stercore in vultum & pectus ab omnibus obviis appetitus: postremo jugulatus, & in Tiberim dejectus, etiam communi caruit sepultura. Periit autem ætatis anno septimo & quinquagesimo, imperii mense octavo, & die uno.

Ab anno CHRISTI 69. ad annum 79.

Vespasianus huic successit, factus apud Palæstinam imperator. Princeps obscure quidem natus, sed optimis comparandus. Privata vita illustis, ut qui a Claudio in Germaniam, deinde in Britanniam missus, tricies & bis cum hoste conflixerit; duas validissimas gentes, viginti oppida, insulam Vectam, Britannia proxima, imperio Romano adjecerit. Romæ se in imperio moderatissime gessit. Pecuniæ tamen avidior fuit, ita, ***) ut eam nulli injuste auferret. Quam cum omni

*) *exequia*, oder *exsequia*, *arum*, heißt die Leichenbegleitung, das Leichbegängniß, wird aber von Eutrop ganz ungewöhnlich gebraucht für den Leichnam, oder für die Asche, die Gebeine, die vom Leichnam noch übrig sind. S. im IX. B. *exequias* Romam revexit. Einige schlagen vor *reliquias*, andere *exuvias* zu lesen.

**) *erecto coma capite*: Nach dem ihm mit den Haaren der Kopf aufwärts gezogen worden; d. i. Man zog oder band ihm die Haare hinunter, so daß er den Kopf aufrecht tragen mußte.

***) (*verum*) ita, doch so.

omni diligentia provisione *) colligeret, tamen studiosissime largiebatur, praecipue indigentibus. Nec facile ante eum cujusquam principis, vel major est liberalitas comperta, vel justior. Placidissima lenitatis, ut qui majestatis quoque contra se reos non facile puniret ultra exilii poenam. Sub hoc Judaea Romano accessit imperio, & Hierosolyma, **) qua fuit urbs nobilissima Palaestinae. Achajam, ***) Lyciam, Rhodum, ****) Byzantium, Samum, †) qua liberae ante id tempus fuerant; item Thraciam, Ciliciam, Commagenem, qua sub regibus amicis erant, in provinciarum formam redegit. Offensarum & inimicitiarum immemor fuit. Convicia a caudicibus & philosophis in se dicta, leniter tulit: diligens tamen coercitor disciplinae militaris. Hic cum Tito filio de Hierosolymis triumphavit. Per haec, cum senatui & populo, postremo cunctis, amabilis ac jucundus esset, profluvio ventris extinctus est, in villa propria, circa Sabinos, annum agens aetatis sexagesimum nonum, imperii nonum, & diem septimum; atque inter divos relatus est.

F 2

Ab

*) omni diligentia provisione, i. q. diligentissima provisione.

**) Hierosolyma: das war die schreckliche Zerstörung Jerusalems, durch den Titus, deren schauervolle Geschichte Flavius Josephus umständlich erzählt.

***) Achaja, S. oben; Es war schon vorher eine Römische Provinz gewesen, hatte aber unter Nero die Freiheit wieder erhalten.

****) Rhodus, eine zu Kleinasien gehörige Insel des mittell. Meers.

†) Samus; eine Insel des aegaeischen Meers an der Küste Kleinasiens.

Ab anno CHRISTI 79. ad annum 81.

Huic Titus filius successit, qui & ipse Vespasianus est dictus, vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut *amor & delicia humani generis* diceretur. Facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus. Causas latine egit, poëmata & tragœdias græce composuit. In oppugnatione Hierosolymorum sub patre militans, duodecim propugnatores duodecim sagittarum ictibus confixit. Romæ tantæ civilitatis in imperio fuit, ut nullum omnino puniret: convictos adversum se conjurationis dimiserit, & in eadem familiaritate, qua antea, habuerit. Facilitatis tantæ fuit & liberalitatis, ut nulli quidquam negaret; & cum ab amicis reprehenderetur, respondit, *nullum tristem debere ab imperatore discedere.* Propterea cum quadam die in cœna recordatus fuisset, nihil se illo die cuiquam præstitisse, dixit: *Amici, hodie diem perdidit.* Hic Romæ Amphitheatrum ædificavit, & quinque millia ferarum in dedicatione ejus occidit. *) Per hæc inusitato favore dilectus, morbo periit, in ea, qua pater, villa, post biennium, menses octo, dies viginti, quam imperator erat factus, ætatis anno altero & quadragesimo. Tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes, tanquam in propria doluerint orbitate. Senatus obitu ipsius circa vesperam nunciato, nocte irrupit in curiam, & tantas ei mortuo laudes gratiasque congeffit, quantas nec vivo unquam egerat, nec præsentis. Inter divos relatus est.

Ab

*) occidit, Er ließ umbringen.

Ab anno CHRISTI 81. ad annum 95.

Domitianus mox accepit imperium, frater ipsius junior, Neroni, aut Caligulæ, aut Tiberio similior, quam patri aut fratri suo Primis tamen annis moderatus in imperio fuit. Mox ad ingentia vitia progressus libidinis, iracundiæ, crudelitatis, avaritiæ, tantum in se odium concitavit, ut merita & patris & fratris aboleret. *) Interfecit nobilissimos e senatu: dominum se & Deum primus appellari iussit. Nullam sibi nisi auream aut argenteam statuam in Capitolio poni passus est: consobrinos suos interfecit. Superbia quoque in eo execrabilis fuit. Expeditiones quatuor habuit, unam adversus Sarmatas, **) alteram adversus Catos, ***) duas adversus Dacos. De Dacis Cattisque duplicem triumphum egit: de Sarmatis solam lauream usurpavit. Multas tamen calamitates iisdem bellis passus est. Nam in Sarmatia legio ejus cum duce interfecta est; & a Dacis Appius Sabinus consularis, & Cornelius Fuscus, præfectus prætorio, cum magnis exercitibus occisi sunt. Romæ quoque multa opera fecit; in his, Capitolium & forum transitorium. †)

E 3

Odeum;

*) merita, *meritorum memoriam.*

**) *Sarmatia*, (*Europæa*), erstreckte sich von der Weichsel bis an den Pontus, oberhalb der Donau.

***) *Catti*, eine von den Völkernschaften Germaniens auf der Morgenseite des Rheins; sie erstreckten sich durch das heutut. Thüringen bis an die Saale, südwärts an den Mayn, nordwärts in Westphalen hinein; bewohnten also a. das izzige Sessen, die Wetterau, einen Strich am Rhein, u a. in diesem Bezirk.

†) *forum transitorium*, das forum mit den Durchgängen, neml. auf drey andere, das *forum Romanum*, *Julianum* und *Augustianum*, welche zu Gerichtsplätzen dienten. Es waren noch mehrere *fora*, die man zu Spazierplätzen, Versammlungsortern ic. brauchte. Alle mit Säulengängen eingefaßt.

Odeum, Divorum porticus, *) Iseum, Serapeum, ac Stadium. Verum cum ob scelera univērsis exosus esse cœpisset, interfectus est suorum conjuratione in palatio, anno ætatis quadragesimo quinto, imperii decimo quinto. Funus ejus ingenti dedecore per vespillones exportatum, & ignobilitate est sepultum.

*) *Divorum porticus*, die *Divi* zu deren Ehren diese Hallen erbaut worden, waren vermuthlich die vergötterten Kaiser *Vespasian* und *Titus*.
